dan omnibus Dignitarijs, Officialibus, Commissarijs ... dictis nris, vt non aliter, quam iuxta hanc pntem declarationem censeant & cognoscant de præmissis. Harum quibus Sigillum nrum est impressum testio Lrarum. Dat Cracoviæ feria sexta proxima post festum Exaltationis Sctæ Crucis. Anno Domini
1531. Mille.° quingent.° trigesimo primo. Regni nri Anno xxv.^to^

Petrus Epus et Vice-Cancellarius

Rdo Reveren in Chro Patris dni Petri Epi Cracovien. & Regni Poloniæ ViceCancellarij.

Confirmatio Sigismundi Augusti Regis, Donationis bonorum Tolkemit, & Translationis in Capitulum

L. In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei grã Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, necnon terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiaviæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Culmen, Elbingen, Pomeraniæq etc Dns & Hæres, Significamus tenore pntium quorum interest vniversis harum noticiam habituris, Sicut Regia Mtas debito sibi cultu à subiectis sibi populis coli vult, ita propriè videtur ad officium eius pertinere, vt et ipsa Deum diligenter cum fide & pietate colat, et cum varijs negotiorum et curarum fluctibus obruta vacare ipsa divino cultui pro eo vt deberet, non possit Dei et Ecclesiarum ministros Deo piè colen peculiariter dicatos liberalitate & munificentia nra Regia prosequatur, aut saltem quæ maiorum liberalitate concessa eis sunt, in ijs eos tueatur, et conservet, quo animi sui maiore tranquillitate, Deo piè colendo, et iustam eius indignationem precibus & sacrificijs averten

vacare possint. Nos itaq cum essent coram nobis productæ
literæ Divi parentis nri quibus ille pro sua in Deum pietate,
& ministros eius beneuolentia Ecctiam Cathedralem Warmien
et ministros eius liberalitate sua Regia prosecutus est, in carta
quidem papiracea scriptæ, sed per Notarium publicum autent.
tatæ, & in Registris Cancellariæ nostræ repertæ, ad verbum ita
producta coram nobis fuerunt. Quarum tenor sequitur & est
talis. In nomine Domini Amen. Ad perpetuum rei memo:
riam. Regalis prouidentiæ solicitudo etc. Inseratur hic ad
verbum prout suprà habetur sub signo literæ I.
Cum itaq productæ coram nobis fuissent eiusmodi lræ priuilegij,
simul supplicatum nobis esset, vt eas confirmare, ratificare, inno:
uareq dignaremur, supplicationi eiusmodi tanq iustè annuen,
confirman, innouan et ratifican duximus, ita vt confirmamq;
innouauamus et ratificamus in oibus earum punctis, clausulis,
conditionibus et articulis. Decernen eas debitæ firmitatis robur
habitur, perpetuè et in æuum, tenore pntium median. In cuius
rei testimoniu Sigillum nrm est appensum. Dat Piotrcouiæ in
Comitijs gnalibus feria secunda ante festum Sanctæ Luciæ proxia. Anno
Dni Millesimo, Quingentesimo. quadragesimo octauo. Regni nri
1548.
decimonono. Præsentibus Rmo et Reueren in Xro pribus, Dnis
Nicolao Dzierzgowsky Archiepo Gnesnen, Legato nato, et Regni
nri primate, Samuele Maczieowsky Cracouien Regni nri Can:
cellario. Andrea Cuiauien, Andrea Noßlowsky Plocen, Joanne
Droiewsky Chelmen, Epis, Necnon Magnificis Generosis &
Venerabilibus Joanne Comite à Tarnow Castellano Crac. exer:
cituum Regni nri Supremo, Sandomirien Chmielnicenq Capit.o
Petro Kmitha de Vißnicze Cracouien Regni nri Marsalco, Premi:
slien, Scepusien, Colenq Capit.o Janußio Latalßky Posnanien,
Juniwlaslien, Capitaneo, Joanne à Tanczin Sandomirien, Cu:
riæ nræ Marsalco. Stani.o Laszky Siradien, Petro Sloszewsky
Calißien, Nicolao Jarand Lanicien, Petro de Dambrowicza
Russiæ, Joanne Mielezky, Podoliæ, Palatinis, Andrea à Gorca
Posnanien, Martino Sborowsky Calißien, Spithkone à Tarnow
Voinicien Regni nri Thesaurario, Nicolao Grabia Chelmen Regni

nri ViceCancellario, Castellanis, Andrea Czarnkowsky [illegible] sito Gnesnen, Scolastico Crac. Joanne Przerambſsky [illegible] Stanislao Hosio Juris vtriusq Doctori, Canonicoq Cracouien, Et alijs quã plurimis dignitarijs officialibus et Aulicis nris testibus circa praemissa fidedignis. Datum per manus praefati Reuerẽn in Chrõ patris Dni Samuelis Epi Crac. et Regni nri Cancellarij syncere nobis dilecti.

Samuel Epus Crac
et R. P. Cancell. ſſt

Rlo eiusdem Rmi in Chrõ patris Dni Samuelis Maczieowszky Epi Crac. et R. p. Cancellarij.

Auſcultatae et collationatae sunt supraſcriptae copiae, quae de verbo ad verbum concordant cum ſuis veris originalibus, ſanis, non vitiatis, neq aliqua sui parte (vt apparebat) suspectis, atq appenſis vel appreſsis, veris sigillis eorum communitis. Quod atteſtor hac manus meae propriae subſcriptione. Ego Clemens Calhorn Notarius publicus, et V. Capituli Warmien Scriba iuratus.

Clemens Calhorn Notarius
qui supra manu propria ſſſi